

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Auaricia f  
cum uariis

Auaricia que Grece philargia dicitur non in solo argento, unde nomen duxisse resonat, sed in omnibus rebus que immoderate cupiuntur intelligenda est, ubicumque omnino plus uult quisque quam satis; hec autem auaricia cupiditas est, cupiditas uero improba uoluntas est. Ergo improba uoluntas omnium malorum causa est.

Augustinus libro III. de libero arbitrio.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

philargia] philargiria P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup>, φιλαργυρία L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; resonat *om.* (*cor. in marg.*) M; improba] propterea P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>